

consequitur, à Christiano lactis indigo ignorari quidē ignorantia non affectatā, sed simplici potest, negari neutiquam. Vid. D. Kromay. l. c. p. 188. & B. D. König Th. Posit. protheor. c. 3. §. 152. p. m. 21.

§. V. Incarnatio appellatur alias (α) *Unio* duarum Nat. divinæ & Hum. ad unum ὁμοῦμενον qui tn. terminus non confundendū cum *Unione* strictè sumta. Differunt n. inter se, quia *unio* est *actus*, quo conjunguntur duæ diversæ naturæ, Divina & Hum. *Unio* est *status* Naturarum in *Unitione* jam conjunctarum. Illa est *causa* per quam Naturæ in se divisæ quandam in unitate personæ nascuntur in divisionem: Hæc v. est *effectus* proximus *unitionis* & ipsa duarum Nat. personalis indivisio. Illa est *transiens* & *momentanea*, hæc *in æternum permanens*. Hæc est *reciproca*, illa *non item*: divinitas n. cum sit immutabilis Mal. 3. 6. Jac. 1. 17. per unionem ei ab unita carne neq; dari, neq; detrahi quicq. potuit, solā contrā humanitate in meliorem statum evectā. (β) *Assumptio* humanitatis in personam λόγος, vel ut Athanasius eam in symbolo describit. *πρόσληψις τῆς ἀνθρωπότητος εἰς θεότητα*: qui terminus qt. coincidit cum *unitione* λόγος & Hum. Nat. tribuitur. *Incarnationi* tamen simpliciter non æquipollet, quia hæc non carni, sed soli λόγος & quid. *passivè* appropriatur. (γ) *Græcè* ἐνσάρκωσις, ἐνανθρώπησις, ἐσωμάτωσις, &c.

§. VI. Pragmatologia Incarnationis serie 4. *Causarum*, *Efficientis*, *Materiæ*, *Formæ* & *Finis* absolvitur. EFFICIENTIS Incarnationis est *totæ* SS. *Trinitatis*. Neq; tn. ex hac orthodoxa sententia cum *Photinianis* illicò inferendum: *E. omnes tres Personæ erunt incarnatæ, cum earum opera non tantum sint indivisa, sed & Essentia una.* Nam *tria sunt genera*, ut inquit B. Friedlib. in *Medul.* p. m. 593. *operum Trinitatis*, 1. *ad intra*, 2. *ad extra*, 3. *Mixta*, que sunt *ad intra* rat. *termini ad extra* rat. *in itij*. Illa sunt *personalia ac divisa*, ista *essentia- lia ac indivisa*, hæc *diversimodè se habent*, ideo *distinctionibus dirimenda*. Incarnatio igitur cum sit opus mixtū à Trinitate qd. communiter fluit, sed ad unam tantum personam np. secundam terminatur. Hinc distingv. inter opus *totius Trinitatus efficienter ac inchoativè*; & *formaliter ac terminativè* spectatum. Priori modo rat. sc. *in itij* & *efficientionis ac productionis* Naturæ Hum. competit *incarnatio* toti Trinitati, posteriori v. soli Filio D. Alii distingv. inter

Vocab.